



## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis  
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis  
Eivsdem In tres Tomos distinctis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

1. Vtrum ex sacramentis causetur character aliquis in anima.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)



Super Quaestio. 63. Artic. primum.

QVAESTIO LXIII.

De effectu sacramentorum, qui est character, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de alio effectu sacramentorum, qui est character.

ET CIRCA hoc quaeruntur sex.

¶ Primo, Vtrum ex sacramentis causetur character aliquis in anima.

¶ Secundo, Quid sit ille character.

¶ Tertio, Cuius sit character.

¶ Quarto, In quo sit sicut in subiecto.

¶ Quinto, Vtrum indelebiliter.

¶ Sexto, Vtrum omnia sacramenta imprimant characterem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum sacramentum imprimat aliquem characterem in anima.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod sacramentum non imprimat aliquem characterem in anima. Character enim significare videtur quoddam signum distinctiuum: sed distinctio membrorum Christi ab alijs, fit per aeternam praedestinationem, quae non ponit aliqd in praedestinato, sed solum in Deo praedestinate, ut in prima parte habitum est. Dicitur enim 2. Tim. 2. Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: nouit Dominus qui sunt eius. ergo sacramenta non imprimunt characterem in anima.

¶ 2. Praet. Character signum est distinctiuum. Signum autem (ut August. dicit in 2. \* de doctrina christi.) est quod praeter speciem, quam ingerit cognitionem, facit aliquid aliud in cognitionem uenire. Nihil autem est in anima, quod aliquam speciem sensibus ingerat. ergo videtur quod in anima non imprimatur aliquis character per sacramenta.

¶ 3. Praet. Sicut per sacramenta nouae legis distinguitur fidelis ab infidelibus, ita etiam per sacramenta ueteris legis: sed sacramenta ueteris legis non imprimebant aliquem characterem in anima, unde & dicuntur iustitiae carnis, secundum Apost. ad Hebr. 9. ergo videtur quod neque sacramenta nouae legis.

SED CONTRA est, quod Apost. dicit 2. ad Corint. 1. Qui unxit nos Deus est, & quod signauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. sed nihil aliud importat character quam quoddam signatio-

nem. ergo videtur quod Deus per sacramenta nobis suum characterem imprimat.

RESPON. Dicendum, quod sicut ex praedictis patet, sacra nouae legis, ad duo ordinantur, videlicet ad remedium contra peccata, & ad perficiendum animam in his, quae pertinent ad cultum Dei secundum ritum Christianae uiae.

Quicumque autem ad aliquid certum deputatur, consuevit ad illud consignari, sicut milites qui ascribebantur ad militiam antiquitus, solebant quibusdam characteribus corporalibus insigniri: eo quod deputabantur ad aliquid corporale. & ideo eum homines per sacramenta deputent ad aliquid spirituale pertinens ad cultum Dei, consequens est quod per ea fideles aliquo spirituali characterem insigniant. unde Aug. 1. dicit in 2. contra Parmenianum. Si militiae characterem in corpore suo non militans pauidus exhoruerit, & ad clementiam Imperatoris confugerit ac prece fusa, & uenia impetrata militare iam ceperit, nunquid homine liberato atque correcto, character ille repetitur; ac non potius agnitus approbatur? an forte minus haberent sacramenta christiana, quam corporalis haec nota?

AD PRIMVM ergo dicendum, quod fideles Christi ad premium quidem futurae gloriae deputantur signaculo praedestinationis diuinae: sed ad actus conuenientes praesenti ecclesiae deputantur quodam spirituali signaculo eis insignito, quod character nuncupatur.

AD SECUNDVM dicendum, quod character a se impressus, habet rationem signi in quantum per sensibile factum imprimitur: per hoc enim scitur aliquis esse baptismali characterem insignitus, quod est ablutus aqua sensibili. Nihilominus tamen character vel signaculum dici potest per quandam similitudinem, omne quod configurat alicui, vel distinguit ab alio, etiam si non sit sensibile: sicut Christus dicitur figura vel character patetnae substantiae, secundum Apost. Hebr. 1.

AD TERTIUM dicendum, quod sicut supra dictum est, sacramenta ueteris legis non habebant in se spiritalem uirtutem, ad aliquem spiritalem effectum operantem. & ideo in illis sacramentis non requirebat aliquis spiritualis character: sed sufficiebat ibi corporalis circumcisio, quam Apostolus signaculum nominat Rom. 4.

ARTICVLVS II.

Vtrum character sit spiritualis potestas.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod character non sit spiritualis potestas. Tertia S. Thomae. BB 3

In responsione ad secundum uide nouitate, quod iuxta primam ibidem responsionem, character non secundum se, sed secundum suam causam (hoc est non solitarie sumptus, sed ut ex sua causa sensibili, quae est sacramentum) habet rationem signi. Et quia haec responsio multis non facit satis, apposta est ab Auctore altera responsio de ipso characterem in seipso, ita quod prima de characterem casualiter, secunda de eodem formaliter est.

Super Quaestio sexagesimo tertio, articulum secundum.

Titulus de quidditate characteris manifeste querit, in quo scilicet genere sit, an potestatis, an relationis &c.

In corpore sunt tres conclusiones. Prima est, Character sacramentalis, est spiritualis potestas ad ea quae sunt diuini cultus. Probatur, Character imprimitur a sacramentis, in quantum per illa homo deputatur ad ea, quae sunt christiani cultus, consistens in recipiendo aliqua, vel tradendo alius, ergo character sacramentalis est quaedam spiritualis potestas ad ea quae sunt diuini cultus. Antecedens quo ad primam partem probatur auctoritate Dion. in illis uerbis, perficiens eum diuinum, & communicationem diuinorum. Consequentia uero probatur, quia ad utrumque horum, requiritur potestas aliqua, ad recipiendum quidem passiuam, ad tradendum, uero actiuam.

¶ Circa

¶ Circa

¶ Circa

¶ Circa

¶ Circa

¶ Circa

¶ Circa

¶ Circa

¶ Circa

¶ Circa

¶ Circa

¶ Circa

¶ Circa

¶ Circa

¶ Circa

¶ Circa

¶ Circa

¶ Circa

¶ Circa

¶ Circa

In corpore una conclusio. Fideles per sacramenta aliquo spirituali characterem insigniuntur. Probatur. Quicumque ad aliquid certum deputatur, conuenit consignari: sed homines per sacramenta deputantur ad spirituale aliquid spectans ad Dei cultum. ergo fideles per sacramenta aliquo spirituali characterem insigniuntur. Probatur in exemplo militum. Minor uero, quia sacramenta ad duo ordinantur, hoc est ad remedium contra peccatum & ad perficiendum hominem in his quae ad cultum diuinum sunt. Et confirmatur tota ratio cum conclusione, auctoritate Aug. unde Auctor sumptus. Aduerie hic quod Auctor persuasibile hanc ueritatem ecclesiam reddere student, ex ratione proportionalis similitudinis inter homines deputatos ab homine ad militiam corporalem, & deputatos a Deo ad cultum christianae religionis (que utique est milita illius, qui est dominus fortis, & potens in praesidio ad debellandas aereas potestates vincendumque mandum) sectatus Augustini uestigia. Rationabile siquidem est, ut homines qui a principibus mundi huius, conseruunt ad corporalia corporali nota insigniuntur, cum a Deo ad perennem spiritalem cultum secundum animam deputantur, spirituali signo signentur in anima: sic enim diuinam prouidentiam disponere homines facit inuenitur, ut scilicet proportionaliter insigniantur secundum animam a Deo: sicut secundum corpus consistunt, a principe humano.

q. 62. ar. 5.

Lib. 2. ca. 1. parum a medio, ca. 7.

q. 62. ar. 6.

4. di. 4. q. 1. ar. 1.